Fragmentarium

autē abſolutoſ treſ libroſ ubi oportu
nū uiſum ÷ cōmdauim̄ etiā inipſiſ bel
licis maliſ. quantū ſolatiorū dſ ꝓpter
xp̄i nom̄ ciuitatē honoriſ barbari de
tuler̄ ꝓpter bellorū morē bonis ma
liſq; contulerit. Quomodo q̄ facit
solē ſuū oriri ſup bonoſ & maloſ. &
pluit ſup iuſtoſ & iniuſtoſ; Iam itaq;
uideam̄ quale ſit. quod tantam lati
tudinē ac diuturnitatē imperii
romani illiſ diſ audent tribuere.
quoſ etiā ꝑ turpiū ludorū obſequia.
& per turpiū hominū miniſteria ſe
honeſte coluiſſe contendunt. quāquā
priuſ uellem paululū inquirere quę
ſit ratio. quę prudentia cū hominū
felicitatē n̄ poſſiſ oſtendere ſēper in
belliſ cladib; & in ſanguine ciuili uel
hoſtili. tam̄ humano cū tenebroſo
timore & cruenta cupiditate uerſan
tium. ut uitreę letitię compararet̄
fragiliter ſplendida. cui timeat̄ hor
ribiliuſ ne repente frāgat̄; de impe
rii latitudine ac magnitudine uelle
gloriari. Hoc ut faciliuſ diiudicetur
non uaneſcam̄ inani uentoſitate iac
tati. atq; obtundam̄ intentioniſ
aciem altiſoniſ uocabuliſ rerū cum
audimuſ populoſ regna prouinciaſ
ſed duoſ conſtituam̄ homineſ; Nam
ſinguluſ quiſq; homo. ut in ſermone
una littera ita quaſi elemtū ÷ ciui

tatiſ & regni. quanta lib& terrarū
occupatione latiſſimi. quorū duorū
hominū. unū pauperē ul potiuſ
mediocrē. aliū p̄diuitē cogitem̄ ſed
diuitē timorib; anxiū merorib; ta
beſcentē cupiditate flagrantē nūq.
ſecurū ſemꝑ inquietū ꝑpetuiſ inimi
citiarū contentionib; hanelantem
augentē ſane hiſ miſeriiſ patrimoni
um ſuū in inm̄ſum modū atq; illiſ
augm̄tiſ curaſ quoq; amariſſimaſ
aggerantē. mediocrē uero illū re
familiari parua atq; ſuccincta ſibi
ſufficientē cariſſimū ſuiſ cū cognatiſ
uicniſ amiciſ dulciſſima pace gau
dentē pietate religioſū benignū
m̄te. ſanū corpore uita parcum
morib; caſtū conſcientia ſecurū; Neſ
cio utrū quiſq. ita deſipiat. ut aude
at dubitare quē p̄ferat; Ut ergo in
hiſ duob; hominib; . ita in duab; fami
liiſ ita in duob; populiſ ita in duob;
regniſ. regula ſequit̄ equitatiſ;
Qua uigilanter adhibita. ſi nr̄a
intentio corrigatur facillime uide
bim̄ ubi habitat uanitaſ & ubi felici
taſ; Quapꝑter ſi ueruſ dſ colatur
ei q; ſacriſ ueracib; & boniſ morib;
ſeruiatur utile ÷ ut boni longe
lateq; diu regnent. neq; hoc tam
ipſiſ. quā illiſ utile ÷ quib; regnant;
Nam quantū ad ipſoſ ꝑtinet pietaſ

License: public_domain – Paris, Bibliothèque nationale de France, NAL 2317, 9v – Augustinus Hipponensis, De civitate dei (https://fragmentarium.ms/view/page/F-b4ez/4073/42501)